



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 62. Hujus Pontificis infirmitas, atque obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. familiæ commodis præfert, dignissima
A.C. 1590. sunt.

§. LXII.

*Hujus Pontificis infirmitas, atque
obitus.*

Ciac. p. 206. Cuncta admodum pia, quæ animo con-
Spond. n. 2c. ceperat, opera explendi opportuni-
Ferd. Ughel. tatem Urbano VII. præripuit mortis
Ital. Sacr. invidia, quippe tertio Pontificatus sui
tom. 9.

Cuncta admodum pia, quæ animo con-
cepserat, opera explendi opportuni-
tatem Urbano VII. præripuit mortis
invidia, quippe tertio Pontificatus sui
die vehementi febre corripiebatur, po-
pulo Romano adhuc in immensam ef-
fuso lætitiam, quæ tamen brevi in lu-
ctum versa est, cum enim cives ob tam
præclari Pontificis virtutes, morumque
integritatem sibi cuncta prospera pol-
licerentur, derepente ingens cunctos
invaserat consternatio: unde diu, noctu-
que omnes Ecclesiæ apertæ conspi-
ciebantur, quadraginta horarum preces
decernebantur, Sodalitates, Religiosi,
omniumque Parochiarum Sacerdotes,
& Magistratus populo undique confluen-
te ad sancti Petri Basilicam, aliasque
Ecclesiæ supplicantium more incede-
bant, ut pro recuperanda tam sancti Pon-
tificis valetudine preces ad Deum funde-
rent: ast divinum Numen, cum eidem
virtutum suarum præmium in cælis pa-
ratum haberet, supplicantium vota non
exaudiebat, sed illum Ecclesiæ suæ non
nisi spectandum præbebat, quin eam diu-
tius

tius ab illo gubernari voluerit; quippe ne- Sæcul. XVI.
 quidem pro more coronatus nullos crea- A.C. 1590.
 bat Cardinales, nullamque conferebat dignitatem, sed vespere die vigesima sexta Septembbris, cum febris vehemen-
 tia plurimum ingravesceret, conscienciam suam a noxis expiavit, ac sacram Synaxin, atque extremam unctionem recepit, ubi dein cum summa animi tranquillitate Spiritum suum decimo tertio post electionem suam die, seu vigesimo septimo ejusdem Mensis Deo commendabat prius in hæc prorumpens verba: „Enimvero Deus, qui cuncta admirabili gubernat sapientia, me summo hoc fastigio non esse dignum cen-
 „suit, & cum humanæ imbecillitatis,
 „quæ cunctos peccati vinculis constri-
 „ctos tenet, vitio facile potuisse in-
 „pejora prolabi, non sine funesto lapsus
 „mei dedecore, hinc divina bonitas ista
 „vincula solvere, meamque animam,
 „quam mihi dederat, mature a me re-
 „petere voluit.,,

Sepultus est in Ecclesia sancti Petri, quamvis in Sacello, quod ipsus in Templo Fratrum Augustinianorum extricurabat, terræ mandari præcepisset: ceterum Pompæjus Ugnius defunctum oratione funebri honorabat, Joannes vero Rossius ad sanctum Petrum Poententiarius historiam vitæ ejus conscripsit.

§. LXIII.